


tum non satis elidi videtur. — Nimis enim emphatica sunt verba: *Terra es &c.* Unde non immerito dubitat *Clericus*, utrum à formositate dicatur, cujus observatio c. l. inepta non est, Adamum nempe non immediatè ab אָדָם, si talis apud Antiquos radix exstiterit, sed ab אֶרֶץ תְּרָא terra dici, quippe quod nimis clarè insinuet DEUS: *Terra es &c.* vid. *B. König. (d) Franciscus Burmannus. (e)* Si autem vel maximè etiam splendere significaret, tamen inde firmum argumentum pro facie aut corpore Adami splendente non caperetur. Nam ex Etymologia infirma sunt argumenta, quod vel ipsa experientia comprobat. Quidam vocantur *Christiani* (nomen latè honorificum!) sed vitam Christiano haud dignam proha dolor! agunt. Alii splendida satis gerunt nomina, facta tamen eorum satis, ut ita loquar, sordida sunt. Bene sonat, si de aliquo affirmare licet; Nomen & omen habet. Sed hodie vulgo illa auditur vox: Nomen, non omen habet. Nomen prætereaque nihil. Quamquam hæc omnia non quædrent in Adamum integrum, notum tamen in universum est, argumenta ex nominibus desumpta esse infirma. Plura addere pagellarum vetat angustia, DEO interim benignissimo pro præstito divino auxilio sit laus & gloria nunc & porro in æternum, cum nos ad gloriosissimæ beatitudinis nunquam finiendæ statum deduxerit.

(a) in *Dissert. de Pecc. Orig.* p. 15. (b) in *Exerc. Sacr.* p. 267. seq. (c) in *Pentateuch.* p. 12. (d) *Theol. pos. L. d. Hom.* p. 54. §. 233. (e) in *Synops.* Tom. I. p. 387. §. 878

F I N I S.



Coll. diss. A. 32, misc. 47